HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 161r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tre oblique. siue toxice. idcirco a
sagittis uocabulum perceperunt quod in
star sagittarum angustum in edes
lumen inmittant. et intrinsecus di
latentur. omniaque per circuitum plena e
rant huiusmodi fenestris. Et ante fron
tes inquit porticuum pictura siue
celatura palmarum. per que ostenditur
in introitu porte. statimque ingredi
entibus murum lx. occurrere cubita
cum uariis ornamentis que referuntur
ad condicionem mundi. ut ex creatis
creatoe intelligatur. et omnia ordine
et ratione currentia. ostendant mun
di uarietatem. qui apud grecos cosmos.
ab ornatu nomen accepit. et in sex di
ebus factus est. ut per singulos dies deca
de singule subputentur quem perfectum
numerum supra diximus. Post hec ingre
dientibus nobis atrium interius. oc
currunt ante ipsum uestibulum porte in
terioris thalami cum obliquis fenestris
que quinquaginta cubitorum tenent
spacium. qui et ipse sacratus est numerus
et post vii. ebdomadis plenas festiuitatis
et gaudii. ogdoadis prima incipitur di
es. que est resurrectionis. et introduxit
nos ad uicinam templi. Cum enim omnia
fecerimus agentes prioris erroris peni
tenciam. tunc uicini et proximi efficimur
deo. ut in exteriori atrio noticiam crea
toris. creaturarum ordo nos doceat atque
constantia. et in interiori uerus iubi
leus in quo omnia nobis debita dimit
tuntur. instruat theologiam. et introdu
cat ad sancta sanctorum. Notandum quoque quod in
terius atrium plures fenestras habeat
non directas. et equales sed obliquas et an

gustas exterius. et se intrinsecus dilatan
tes. ut per parua quedam foramina possimus
ad interiora penetrare et ad clarissimi
luminis. quod uersatur in templo. plenitudi
nem peruenire. Denique post sexaginta. et
quinquaginta cubitos et thalamos.
et porticus et frontes porticuum. et fe
nestras plurimas per circuitum palmarum
nobis celatura et pictura monstratur ut
de mundo uictoriam possidentes dig
ni efficiamur palmas uidere uirtutum.

Et eduxit me ad atrium exterius.
et ecce galophilatia. et pauimentum
stratum lapide in atrio per circuitum.
xxx. galophilacia in circuitu pauimenti
et pauimentum in fronte portarum secundum
longitudinem portarum erat inferius. et mensus
est latitudinem a facie porte inferi
oris usque ad frontem atrii interioris ex
trinsecus centum cubitos ad orientem
et aquilonem. lxx. Et introduxit me
in atrium interius. et ecce thalami. et inter
columpnas atrii per circuitum xxx. tha
lami per columpnas et porticus. post
ianuas in longitudinem ianuarum ante
columpnas inferius. et mensus est la
titudinem atrii ab eo loco qui erat
sub diuo porte exterioris usque ad in
terius. sub diuo porte interioris que
respiciebat exteriora. cubitos centum
et uergebat ad orientem. Per thalamis
xxx. quoque uertere lxx. siue galophila
tiis atque cellariis ut interpretatus est aqui
la symmachus posuit ex edras per centum
cubitis exterioris spacii qui tendebant
usque ad portam orientalem in hebraico.
idem cubitorum numerus. et ad aquilonem
tendere dicitur. in lxx. uero nomen aquilo